



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Martini Bonacinæ Vtrivsque Signatvræ Referendarii
Compendium Omnium Operum de Theologia Morali,
omnibusque conscientiæ nodis**

Bonacina, Martino

Coloniæ Agrippinæ

Candido Lectori.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41152

CANDIDO
LECTORI.

QVÆ & qualia sint opera D. Martini Bonacinae (viri undecumque eruditi) vel ex eo facile est conjicere, quòd prælum nullius alterius operis Theologici tam frequenti editione, infra paucos annos tota penè Europa caluit, quàm eorum quæ ab ipso hæctenus edita sunt; non exiguo argumento adamatæ ab omnibus passim illius doctrinæ, summa & ingenii perspicacitate & styli nitela traditæ. Quæ porro ipse pluribus diffuseque prosecutus est, & ingentibus complexus voluminibus, horum breve quoddam succinctè ac summatim concinnare Compendium studui; ita tamen, nullum ut dubium seu difficultatem omiserim, quin ejus qua potui brevitate, & quoad licuit, facilem & dilucidam solutionem afferam. Et ut tuis, Lector, commodis magis consularem, singulas materias alphabetico ordine ita disposui, ut habeas in promptu eorum quæ tibi subito occurrunt dubiorum facilem expeditionem. Adjeci præterea cuique dubio & sententiæ tomum, disputationem, quæ-

quæstionem, punctum & paragraphum, ex
quibus singula depromuntur, ut, si ita tibi
videatur, possis in difficultatibus ad ipsum
Auctorem nullo negotio recurrere, ibique
loca propria & sententias Auctoris cujus-
que fusius examinare. Quo autem fructu
id præstiterim, tu Lector amice judica; &
hoc quantulumcumque labore meo fructu,
meque tuis Deo Opt. Max. suffragiis com-
menda.

IN,